



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Corpus Juris Canonici

Gregor <XIII., Papst>

M. DC. LXI. Coloniae Munatianaee, 1661

De Consuetudine. Titulus I.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62953](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62953)

corodem fratrum consilio inhibemus, ne quisquam
contra definita, ordinata seu facta per ipsam verbo vel
scripto scienter approbet aliquid, vel defendat. Si quis
vero contra praesumpserit, tanquam contumax, & re-

bellis Roman. Eccles. ab omnibus habeatur. Nulli
ego, &c. Data Avinion. IV. Idus Novembis
Pontificatus nostri Anno
nono.

Constitutiones viginti Joannis vigesimi secundi pape



EXTRAVAGANTES COMMUNES, A DIVERSIS ROMA- NIS PONTIFICIBUS POST SEXTUM EDITÆ, CUM SUI (UT VO-

CANT) SUMMULIS.

DE CONSUETUDINE.

TITVLVS I.

CAP. VNIC.

*Conseruato impediens ne legati sedis Apostolicæ recipiantur, non valet: & illa non obsta-
re legati ipsi sunt ab omnibus recipiendi, & eos impediens ipso facto excommu-
nicationem incurrant, & eorum terra ecclesiastico sub-
iacentur interdicto.*

Ioannes XXII.

Vper gentes & regna Romanus Ponti-
fex à Domino constitutus, cum perso-
naliter singulas regiones circuire non
possit, nec circa gregem sibi creditum
curam pastoralis sollicitudinis exercere:
necesse habet interdum ex debito im-
posita seruitutis suos ad diversas mun-
dipartes (propt necessitates emergerint) destinare lega-
tos, qui vices ipsius supplendo, errata corrigant, aspera
in plana conuertant, & commissis sibi populis salutis in-
terueniam ministrent. Verumtamen aliqui huiusmodi
missionem & potestatem ipsius Roman. Pontificis, quasi
non ab homine, sed à Deo recepti, sub suo arbitrio redige-
re solent, legatos ipsos nisi ab eis petiti fuerint, vel
de benedictione eorum transmissi, sibi terras subiectas
saceretes hoc eis de consuetudine competere ingredi
non permittunt. Nos huiusmodi consuetudinem, non
rationabilem, quam nonnunquam animarum sa-
lutarioriam, detrahentemque Apostolicæ potestati,
auctoritate Apost. penitus reprobantes, legatos ipsos ab
omnibus, cuiuscunque preeminentiæ, conditionis, aut
potestatis fuerint, debere admitti decernimus: nec eos pra-
ter ipsius consuetudinem impediri posse à quoquam
Castellano nomine gloriante, quo minus regna, provin-
ciae & terras qualibet ad que ipsos destinari contigerit,
impediatur libere, ac commissis sibi legationis officium
non exant in eisdem. Qui vero de cæteris super prædi-
ctis dictos legatos, aut eorum nuncios, quos ad qualcon-
que partes pro causis quibuslibet sedes ipsa transierint,
praesumpserint impedire, ipso facto sententiam excommu-
nicationis incurrant. Regna, terra & loca qualibet
subiecta eidem tandem sint eo ipso ecclesiastico suppo-

sita interdicto, quamdiu in huiusmodi contumacia du-
xerint persistendum. Non obstantibus quibuslibet in-
dulgentiis, aut privilegiis, Imperatoribus ac Regibus, seu
quibuscunque aliis sub quibuscunque modis, tenoribus
& formis à sede ipsa concessis, quæ contra præmissa nullis
voluntus suffragari.

DE POSTVLATIONE PRALA- TORUM

TITVLVS II.
CAP. VNIC.

*Minores XXVII. annis seculares, & mendicantes religiosi, ad
certas ecclesias prohibentur postulare: & puniuntur tam postulan-
tes, quam postulati.*

Ioannes XXII.
Dispensis & periculis variis, quæ ex subseri-
ptis postulationibus possent ecclesis eveni-
re, & vacationum diuturnitatibus, quæ con-
sueverunt nonnunquam ex postulationibus irrationa-
bilibus provenire, ac dispensis, quæ inde frequenter
ecclesis incurrant, ad futuram rei memoriam obstitere
cupientes: illum, qui vigesimum septimum non attige-
rit annum, ad cathedralem, necnon professorem cuiuslibet
mendicantium ordinis ad inferioris cathedrales eccle-
sias, ad monasteria extra suos ordines postulari edi-
cto perpetuo prohibemus. Quod si secus postulatum fue-
rit & attentatum, irritum ac nullius sit momenti.
Et qui scienter processerint ad eandem, ea vice postulandi